Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Tundite nicrocreon cælla eſt panaria: rurſus
  Tundite:anaxarchus ſydera cælſa petit
Et te tráſmittens hæc uerbula nubila decet
  O male percuſſor tartara nigra ſubi

Hic ob animi conſtantiá & facilé uictũ fortunatus appellabatur: habebatq; ad emendandũ maximá auctoritaté.alexandrum deniq; deum ſe eſſe arbitrantem cũ ex ictu quodá ſanguinem illi fluere uidiſſet:digito oſtendens ita affatus eſt. Hic nempe diuinus ſanguis non eſt:plutarchus alexandrũ ipſum amicis hoc dixiſſe refert.alias item anaxarchum illi cum præbibiſſet oſtendiſſe calicem & dixiſſe ferietur deum quiſpiam humana manu. pyrrho helienſis.

Pyrrho helienſis pliſtarchum habuit patré quod ét Diocles tradit.Is ut Apollodorus ait in chronicis pictor fuit primũ:atq; ut alexander i ſucceſſionibus ſcribit driſoné ſtilponis filium audiuit.Deinde anaxarchũ illi ubiq; adhærens:ita ut & cymnoſophiſtas in indiá adierit:magiſq; congreſſus ſit.Vnde & nobiliſſime philoſophatus uidet':in cõpræhenſus aſſenſuſq; retinendi ſpecie inuecta:ut aſcanius abderites auctor eſt.Negabat enim quicq̃ aut turpe eſſe:aut honeſtũ iuſtumue uel iniuſtũ eadem rõne & in oíbus quicq̃ uere eſſe:cæterũ lege atq; conſuetudine cuncta hoíes facere.Neq; enim eſſe qcq̃ iſtud potius q̃ illud.conſequens ad hæc illi & uita erat.Nihil quippe declinás:nihilq; deuitás ſuſtinebat oía:currus ſi forte occurriſſent & prærupta & canes & quæq; talia nihil omnino ſenſibus permittens.curari inde ut caryſtius átigonus refert a ſequentibus ſe neceſſariis.porro æneſidemus ipſum de aſſenſu quidé retinendo philoſophatum eſſe tradit:non tamé imprudenter geſſiſſe ſingula. Vixit auté ad annos ferme nonaginta.cæterũ átigonus caryſtius in libro qué de pyrrhone ſcripſit hæc de illo memorat:ipſum principio quidé obſcurum & pauperem pictoremq; fuiſſe.ſeruariq; eum in helide in gymnaſio atq; egredi ſolitum:& ſolitariũ uiuere:raroq; redire domũ.Hoc aũt iccirco facere ꝙ audiſſet indum quédam anaxarcho exprobrantem quod nullũ doceret uirũ bonum fieri:cũ ipſe regias aulas frequens tereret:& regibus obſequeretur:ſemperq; eodé perſeueraſſe uultu atq; habitu ut etſi quiſpiam illum interdicendum dereſereret:ipſe tamen quod cœperat perageret:& quidé cum in adoleſcentia mobilis fuerit: ſæpe inquit peregre proficiſcebatur nemini quo pergeret prædicés:& quibus uolebat congrediebatur:& cum aliquando anaxarchus in ſcrobem incidiſſet ille pertráſiit nihil ei opé ferens:idq; cũ plæriq; culparent.anaxarchus ipſe laudabat ut indifferenter ac ſine affectu ſe habentem:cũ ſecum loqui aliquando depræhenſus eſſet:rogatus cur id faceret:meditor inquit bonus cé.in quæſtionibus a nemine contemnebatur ꝙ celeriter ſolumq; ad interrogata diceret qua ex re factum eſt ut nauſiphanes adhuc adoleſcentulus in eius retia ueniret.Aiebat deniq; oportere affectus quidem eſſe pyrrhonis ſui ipſius autem uerborum dicebatq; ſæpe numero epicurũ cõuerſationé inſtitutũq; pyrrhonis admiranté ipſum de ſe pcõtari iugiter ſolitũ.Tanto aũt in honore patriæ fuit:ut ipſum pontificem conſti-